



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

XXIII. Sex gradus Magisterii pro Provincia Mechoacan. Eremit. S. Augustini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

1722.
Claufula.

§. 2. Decernentes ipsas præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIII.

Conceduntur sex gradus Magisterii pro Provincia Mechoacan. Fratrum Eremitarum Sancti Augustini.

De concessione graduum pro Provincia Mexicana vide Constitutionem præcedentem. Et Const. ed. 1723. Aug. 7. P. 1. conceduntur sex gradus pro Provincia Chilian.

Dat. 24. Apr. 1722. An. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Provincie, & causæ præfentis Concessionis.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provincie Mechoacan. Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod cum in prædicta Provincia sex tantum in Sacra Theologia Magistri reperiantur, ac in ea triginta tres Conventus, & trecenti circiter Religiosi, & ex iis triginta lectores, cum quinque Collegiis, quorum unum Universitas studii generalis existit, quæ prima in Indiis institutio fuit, numerentur, ipsi Exponentes senarium hujusmodi Magistrorum numerum ad duodenarium juxta Decretum Definitorii Generalis Ordinis prædicti novissime celebrati augeri posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consul-

tionibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis Ordinis super præmissis eisdem Cardinalibus factam attenderunt consilio, prædictæ Provincie Mechoacan. sex petitos gradus Magisterii in eadem sacra Theologia, tres videlicet pro Lectoribus, & alios tres pro verbi Dei Prædicatoribus auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipsas præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Declaratur, Canonicos Regulares S. Augustini Superioris Germaniæ gaudere Indulgentiis plenariis Canonicis Lateranen. concessis.

De communicatione præd. Indulgentiarum pro Canonicis Windesien. vide Clem. XI. Const. ed. 1718. Jul. 30. P. 18.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici Regulares Ordinis S. Augustini Collegiarum Ecclesiarum seu Monasterialium Beybergen., Beyhardingen., Bernrieden., Dieffen., Dietram., Zell., Inderstorff., Poting., Raitenbuech., Ranshovien., Roren., Schlechdorff., Weyaren., & SS. Andrea., & Magni Ratisbonen., Frisingen., Passavien., & Augustan. Diocæs. in Germania superiori, quod in dictis Collegiatis, seu Monasterialibus Ecclesiis Indulgentiæ plenariæ, quæ in Sanctorum Augustini, Monicæ, Patritii, Frigidiani, ac Ubaldi festi-
tatibus, necnon die quinta Martii, qua omnium Sanctorum ejusdem Ordinis Commemoratio fieri consuevit, Ecclesiis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. dicti

Conceduntur 6 gradus, tres pro Lectoribus, & tres pro Congregationariis.

Claufula.

XXIV.

Dat. 9. Maji 1722. An. 2.

Referuntur Indulgentiæ plenariæ Canonicorum Lateranen.

Ordinis